



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Seminarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

## S U C C E S S O R.

PRIMO, successor, an teneatur stare colono, vide in *versio alienatio*, §. 3. *concl.* 13. & in *ver. Praelatus*, §. 4. & *Dyn. in cap. 14*, num. 5. & ibi addit. in *litera C. de reg. jur. lib. 6.*

Secundò, an si succèdat exceptioni excommunicationis, vel sit successionarius cedentis, vide *Dyn. loco citato*, num. 14. & ibi addit. *litera R.*

Tertius, successori in beneficio an noceat mala fides prædecessoris, & quid de hærede universalis, vel particulari? vide *Dyn. & addit. in cap. 2. der. reg. jur. lib. 6. & in ver. præscriptio*, §. 3.

Quartò, quæ differentia sit inter decessorem, prædecessorem, & antecessorem, dic, quod decessor dicitur, qui proximè decessit; prædecessor, qui decessit ante proximum; antecessor, quid decessit multo tempore prius, vide *Gemin. in cap. quia ex eo, vers. quaro quæ differentia, de part. lib. 6. & derivit pro practica, quan-* do Papa, vel jus loquitur hujusmodi.

## S E M I N A R U M.

## S O M M A R I U M.

1. *Ubi debeat constitui, seu fundari,*
2. *Qui recipi debeant, & quot.*
3. *Qui ejus curam habere debeant.*
4. *Quid edoceri debeant scholares ibi commovantes.*
5. *Quibus introuibus vivere debeant, & qui contribuere teneantur ad impensas dicti Seminarii.*

6. *An scholares possint promoveri in ordinib. suis sacris ad titulum Seminarii.*

**A**D primum, sac. Concil. *sess. 23. cap. n. l.* in princ. de reform. statuit, primò hujusmodi Seminarium erigi in qualibet Metropolitana, & Cathedrali, & Ecclesiis his majoribus, Secundò, in amplis Diæcesibus unum vel plura, prout opportunitum Episcopo videbitur. Tertiò, ubi adeò laborat paupertas, possent Suffraganei convenire, ut in Metropolitana, vel provincia comodiōri loco, unum, vel plura collegia erigantur. Quartò, negligentes in erectione illius, possunt cogi, prout ibi, §. *quod si*, quia multæ sunt Cathedr. circa hoc negligētes, se excusantes ob paupertatem, & nolunt obedire huic decreto, ut convenient cum Metropolitana saltem, sed ad hoc possunt compelli à dicto Metropolitano, prout ibi, §. *quod si* *Cathedralium*, & saltem si hoc non possent, debeant constituere magistrorum scholæ, qui Grammaticam doceret, cum salario ex symbolis totius diæcesis, prout à simili facr. Conc. disponit *sess. 5. cap. 1. §. Eccles. & ver. & §. 1. ideoque de reform.*

Ad secundum. Primò, præcipue pauperum filii, nec divites excludantur, modò suo sumptuulantur, sint bona indolis, ad minus habeant duodecim annos, sint nati ex legitimo matrimonio, sciant ad minus legere, & scribere, & promittant se perpetuò ecclesiasticis ministeriis inservitros, *ibidem*, §. pauperum. & hoc sub fidejussione lectura, & poena in casu contrarii, & sic vidi practicari in tribus Archiepiscopatibus, Beneventi, Surrenti, Compsæ. Facit quod eleganter dicit Gl.

H h h in cap.

in cap. omni ex eo, in ver. retrotrahere, & cibi Gemin. de elec. libro 6. ubi dicit, de mente Glossæ nota, quod prohibitum est studentibus expensis beneficiorum redire ad statum secularis. Secundò, rot sunt recipiendi, quot ex pecunia ali, & tueri possint, quæ ex dimidia decima, secundam antiquam taxam, exacta fuerint, ita sae*Conc. declar. 246.*

Ad tertium. Primi Episcopi, & duo Canonici seniores & graves, quos Episcopus egerit, curam habeant, ac sèpè visitent hujusmodi Seminarium, *ibidem*, §. que omnia, & isti vocantur deputati communiter. Secundò, Episcopus singularis annis accipiat rationem reddituum Seminarii, præsentibus duobus à Capitulo, & totidem à clero Civitatis deputatis, *ibidem*, §. rationes. Tertiò, illi deputati ab Episcopo pro educatione puerorum, non possunt mutari per eum, nisi pro justa causa, *declar. 17.* & *declarat 20.* dicit quod debent esse perpetui, licet amoveri possint ab Episcopo ex justa causa. Quartò, isti deputati juxta Concilium debent esse duo, & per *declar. 19.* & *20.* debent esse quatuor, sed hoc possit intelligi esse arbitrariū, quod *declar. 21.* dicitur debere Episcopum adhibere consilium illorum, non tamen teneri sequi eorum consilium,

Ad quartum, Concilium loco citato, §. ut vero, Grammaticam, cantum, & computa, aliarumque bonarum artium disciplinam constituit, ut ediscant: vide *Staph. de lit. grat. fol. 34.* & *35.* à num. 13.

Ad quintum. Primi, *ibidem*, §. & quia, disponit inter cætera per applicationem beneficiorum simplicium, & si Episcopus

post erectionem Seminarii beneficia suis plicia vacanta non applicabit Seminario, sed familiaribus suis, vel consanguineis conferat, tantum de sua mensa Episcopali assignet Seminario, quoad vixit, vel alia beneficia vacanta, saltem ejusdem valoris, & ad eius collationem spectantia eidem Seminario univerit, ita sacr. Congreg. declarat 234. similiter non potest unire affecta, seu reservata, si alia vacanta in mense suo simplicia, alteri contulisset, vel eandem factam non continuò enunciasset, ita declarat, 474. Galia 152. dicit: *Episcopus debet primum ex sua & Capit. mensa contribuere Seminario, Episcopa cogere alios suo exemplo contribuere.* Secundò Domus Hospitalis sancti Antonii data in commendam, *declarat 204.* Cardinales etiam debent contribuere eidem de fructibus beneficiorum, quæ habent in diœcesis, ubi est Seminarium, *declarat 220.* Tertiò, & in summa omnes tenentur solvere, nisi qui nominatim excipiuntur à Concilio, loco citato, *declarat 206.* Quarto, etiam gratia aliquius beneficii ratione introitum, quos ea habet ubi reperitur, ita *declarat 188.* Secundò, sed si non adest ibi gratia, sed habet praedia, & alia bona, debent contribuere Seminario illius diœcesis, ubi est Ecclesia, & non ubi sunt praedia. Faciunt, quæ dicit Anchiar. in cap. quia non nullum. §. ver. ultim. quero, de immunit. Eccles. libr. 6. Sextò, Confraternitates, & schola habentes redditus, etiam tenentur, *declarat 213.* è contra vero non. Septimò, legata facta pro magistro Grammatices, quia pueros pauperes doceat, applicari possunt Seminario cum onere erudiendi pro-

ero.



erēs pauperes', sicut restat or̄ jussit, ita declarat. 296. Octavō, hospitalia data in titulum, vel administrationem, vel habeant beneficia annexa, vel redditus, vel proventus ecclesiasticos, etiam tenentur solvere, declarat. 242. secus verō non, & In ius. in cap. pastoralis. num. 2. de privileg. Et in cap. à nobis, de decim. & sacr. Congr. declarat. 162. censuit, taxam esse faciendam ad medianam decimam, & hoc si seminarium non fuerit erectum ante undecimam diem Iulii 1567. qui verō ante erexerint Seminarium, possunt exigere eam taxam, quam consueverunt exigere, ead. sac. Congreg. declarat. 205. & 218. in meis, & declarat. 174. censuit in hæc verba: *Bona quæ fuerunt applicata alicui collegio propter Christianam educationem misericordium puerorum, si collegium sublatum sit, debent ea bona applicari Seminario,* & declarat. 213. censuit huiusmodi hospitalia, quæ non fuerunt data nisi in titulum, nec in administrationem, dummodo beneficia annexa, redditus aut proventus ecclesiasticos non habeant, Seminario contribuere non tenentur aliquo modo, & declarat. 521. censuit hoc modo: *Cler. Sem. non posse promoveri ad aliquem ordinem sacram ad titulum ipsius Seminarii, nisi pro servitio beneficium uniti Seminario, & tunc cum assignatione certi annui redditus, unde sic promoti vivere honestè possint, qua tamē assignat, cesser, postquam illi aliundē se quæ sūstentare potuerunt, & declarat. 284. ita decernit. Confraternitates seu Schola, quæ nullā habent beneficia ecclesiastica annexa, nec redditus, aut proventus ecclesiasticos, nec debent Seminario contribuere, cæteravide in Add. majorib.*

Dubium 22. an Confraternitates, & Capellæ habentes redditus ecclesiasticos, tamen existentes intra Ecclesiæ Regularium, teneantur contribuere Seminario? Et videtur, quod sic: quia Concilium loquitur generaliter de omnibus Capellis, & Confraternitatibus, & excipit Mendicantes, quoad suos, & introitus, &c. ita declarat. 177. Secundò videtur, quod non, per Bullam Pii V. quæst. 38. Sed hoc non obstat, quia eam Greg. XIII. renovavit, reduxitque ad terminos iuris communis. Bulla 15. fol. 1208. & vidi solvere, & contribuere multis diocesib. & ita tenendum: quia Concilium non excipit, & facit, quod notat Rebuff. in rit. quotuplex sit beneficium, nrm. 9. ubi dicit, Capellas fundatas in monasteriis dici Regulares, nisi per sacerdotes teneri sint solitæ. Sed istæ confraternitatis maiori pro parte gubernantur, & administrantur per laicos, & succedente interdum occasione aliqua, transferunt eas alio, ergo subsunt huiusmodi solutioni, & contributioni, juxta sacri Concilii distributionem. Nonò, contribuere non tenentur Canonici de distributionib. quotidianis Seminario, si contribuunt ex fructibus sua præbendæ, ita declarat. 175. Decimò, & qui solum habent quotidianas distributiones, non tenentur de illis contribuere eidem, ita declarat. 352. Undecimò, an teneat conditio ista, videlicet, quis fundat ius patronatus, cum non nullis fructibus seu introitibus, ut non teneatur dictum ius patronatus, contribuere Seminario? Et videtur quod sic, per declar. sacr. Congreg. 184. & Co- var. in cap. iua, num. 6. de teſſ. Nec obstat

Hhh 2 cap.

*cap. iua*, qui intelligitur, quan do testator non providisset negligentiæ exequitorum, ut ibi Covar. facit, quod notar Staph. de expect. fol. 182. & 183. de claus.

*Non obstantiarum*. Duodecimò, respondeatur *ex declarat.* 234. quod Episcopi, qui ante undecimum diem Iulii 1567. Seminarij non erexerint, nihil eius nomine ultra dimidiā decimam relata ad antiquam taxam exigant, quod idem dicit *declarat.* 246.

Ad Sextum, ead. Cong. declarat 180. ita censuit. *Cooptati in Seminarii collegium non possunt ordinari ad titulum Seminarii, nisi ob causam inserviendi beneficio, quod forsitan effet ab Ordinario Seminario junctum, vel ab alio.*

### S U P E N S I O

#### S U M M A R I U M.

1. *Quotuplex sit suspensio.*
2. *An suspensus à majoribus, sit etiam à minoribus exercitus, &c e contra.*
3. *Discrimen inter suspensionem ob crimen, & contumaciam.*
4. *Quomodo absolvatur.*
5. *An suspensus propter aliquod delictum, si präsumperit celebrare (quia ob hoc incurrit irregularitatem) possit privare beneficium.*
6. *An suspensus ab administratione temporalium, ut spiritualium. si celebret, & an prelatus suspensus à Pontificalibus, vel à collatione Sacramentorum, si celebret, vel conferat Sacra menta, efficiatur irregularis, vide in ver. irregularitas. §. 18.*
7. *An Index Ecclesiasticus dicens alieni Sa-*

*cerdotis, Prohibeo tibi, ne celebret, conseruat eum suspendere. & consequenter, si celebret, hac stante prohibitione, efficiatur irregularis.*

AD primum, est triplex, officii & beneficii simul, & tuarum de privileg. offici tantum, vel partis ejus, & beneficii, vel rei pertinentis ad illud tantum, exempla habes in gloss. magna, in ver. suspensi, in Clem. Cupientes, de pœn. Diaz. pract. crim. canon. cap. 122. Navar. cap. 27. num. 150. & infra.

Ad secundum respondetur, quod suspensus à majori ordine, non est suspensus ab inferioribus, ut suspensus à celebratio ne Missarum tantum, potest exercere alios ordines inferiores, vel suspensus à quibusdam actibus non est suspensus ab aliis, non connexis. Vide Rebuff. de Cler. ad sacerdot. mal. promot. gloss. 2. num. 7. ubi exemplificat in Episcopo, similiter aliquis est irregularis in suscipiendo, sed nou in susceptis, & in eis potest ministrare, puta irregularis in Sacerdotio, potest ministrare in Diaconatu, puta per vi tium corporis, Innoc. in cap. audiencem, num. 9. de homicid. Navar. ubi supra, num. 160. notab. 3. & num. 163. notab. 8. ver. 5. & Diaz. loco citato.

Ad tertium respondetur, quod suspensio ob crimen, vel ob contum. à benef. quomodo debeat provideri, vide & distingue cum Diaz. ubi supra, & Covar. libro 3. cap. 13. num. 1. & §. 9. num. 10. & infra, var. resol. & gloss. in cap. cum Vintoniensis, in ver. ad misericord. de elect.

Ad quartum responderetur, quod absolvitur juxta formam absolutionis ab

excom.

